

Si festum istud in dominica vel in feria secunda evenerit, anticipatur in feriam sextam festum Luciae, et festum Nichasii in sabbato celebratur, et tunc secundas vesperas obtinebit, alias non, et tunc canitur responsorium Isti sunt sancti, et in primis vespers responsorium Absterget Deus ; sed quando non transfertur, in primis vespers responsorium Isti sunt sancti : nam si festum Luciae in secundam feriam differetur, ordo antiphonarum de O Sapientia confunderetur ⁵⁾.

Aujourd'hui, on l'a dit plus haut, il n'y a plus que huit antiennes O dans la série prévue par les livres de Prémontré. Les rubriques, consignées ci-dessus quant au répons *Tu exurgens*, à l'intonation des antiennes par l'abbé et les seniores, quant à leur chant après comme avant le cantique ont été maintenues. De nouvelles stipulations veulent que le chantre primicier lui-même dirige le chœur depuis l'intonation de l'antienne au Magnificat jusqu'à la fin des vêpres, et que l'on sonne la grosse cloche du monastère pendant ce laps de temps. Toutefois, l'antienne *O Thoma Dydimé* n'ayant pas trouvé grâce devant le purisme des correcteurs du XVII^e siècle, aux deux vêpres de saint Thomas les antiennes *O Oriens* et *O Rex gentium* ne servent plus qu'à assurer la commémoration quotidienne de l'Avent ⁶⁾.

Formons le vœu, pour la tantième fois, qu'ici aussi on en revienne à la rubrique primitive de l'Ordre. Elle est, du reste, celle prescrite par la tradition authentique de la liturgie canoniale.

PI. LEFÈVRE.

Commentaria in Canticum Canticorum Philippi de Harvengt.

Inter opera exegetica Philippi de Harvengt, abbatis Bonae Spei, Commentaria in Canticum Canticorum, omni dubio secluso, locum principem obtinent. Librum hunc sacrum explicat et commentatur Philippus ita ut Sponsus et Sponsa Cantici designent Christum, seu Verbum Dei, et ejus Matrem-Virginem, S. Mariam.

Quod scribebatur in editione antiqua operum Philippi, et trans-

⁵⁾ Archives de l'abbaye d'Averbode, section IV, reg. 171, fol. 62.

⁶⁾ Ordinaire réformé de 1622, cité plus haut, fol. 89^{vo}-90, où se lisent les rubriques nouvelles relatives à l'intervention du chantre et à la sonnerie de la cloche.

sumptum est in editione MIGNE, Patr. Lat., t. 203, valorem Commentarii indicat : « Commentarius hic, ita J. Gallemart, Professor in Universitate Duacensi, die 7 Februarii 1618, quem in Cantica Canticorum doctissime et sensu sublimi conscripsit D. Philippus ab Eleemosyna, est verbum bonum, purgatum eloquium et castum ». Merito ergo scribebat G. SIJEN, O. Praem., *Les œuvres de Philippe de Harveng : An. Praem.*, XV, 1939, p. 146 : « Celui qui s'est quelque peu familiarisé avec le style de Philippe, ne pourra s'empêcher de goûter et d'admirer la haute spiritualité contenue dans ce commentaire avec les plus belles pages écrites par les Mariologues du Moyen-Age. C'est d'ailleurs ce commentaire qui a valu à Philippe l'honneur d'être rangé parmi les écrivains mystiques du XII^e siècle ». Nec minus attendenda videntur ea quae scribebat G. SCHREIBER, *Die Prämonstratenser und der Kult des hl. Joannes Evangelist : Zeits. für kath. Theologie*, LXV, 1941, p. 20 : « Gewiss berührt sich Philipp in seiner Brautmystik innerlich mit den Zeitgenossen. Aber die ganze zartinnige Art der Darstellung, die kraftvolle Zusammenklang der Gedankenreihen, die wohlgelungene Harmonisierung der Ideen und Bilder, die weiche Musik, die durch das Ganze strömt, kennzeichnet die persönliche Haltung und eingeschlossene, gesammelte Kraft. Sie verrät zugleich den Meister der Darstellung, dem selbst die an sich einengende Form der Exegese nur schwache Bindungen auferlegen konnte. Die Ausführungen, die Philipp zum Hohenlied bot, atmen in der Tat die ganze Bewegtheit augustischer Diktion ».

Textus Cantici Canticorum ita erga explicantur a Philippo ut Beata Virgo in illo expressa proponatur.

Philippus profecto, saeculo duodecimo, solus non erat in proponenda illa explicatione. Videmus enim saeculo illo multos sese accingere ad explicationem et commentarium libri illius ; potissimum inter illos qui de vita gratiae et de rebus mysticis tractare intendebant.

Quaestio proinde poni potest quatenam sint habitudines Philippi nostri ad alia Commentaria in Canticum aetatis illius. Quaeri potest an aliquid vere personale in eius expositionibus appareat, et, si affirmative, quonam in sensu ?

Plura elementa pro responso positivo quaestionibus modo propositis inveniuntur in articulo publicato a P. Joh. BEUMER, S. J., *Die Marianische Deutung des Hohen Liedes in der Frühscholastik* ;

Zeits. für kath. Theologie, LXXVI, 1954, 411-439. Elementa praecipua in hoc articulo contenta quae nata sunt ut opus Philippi nostri in Canticum illuminent, in praesenti, modo compendioso, exponere in animo habemus.

In plurimis Commentariis in Canticum aetate ineuntis doctrinae Scholasticae, uti aiunt, conscriptis, multa legi possunt de Maria Virgine; eo quod tunc multi de Deipara Canticum explicabant. Liber iste S. Scripturae de facto erat unicus inter libros sacros inspiratos qui hac ratione intelligebatur. Textus non pauci sapientiales ex aliis libris Scripturae sacrae etiam hac ratione intelligebantur; non agitur vero tunc de libro quodam integro, uti fit in commentariis Cantici Canticorum. Sane, opera perplurima saeculi duodecimi adhuc abscondita manent uti manuscripta hucusque inexplorata. Opera vero impressa nos ad fundatas nonnullas conclusiones ducunt.

Ineunte saeculo duodecimo, duo auctores, et quidem practice simul, Rupertus Tuitiensis (Rupertus von Deutz) et Honorius Augustodunensis, Canticum integrum de sancta Virgine intelligunt. Postea plures auctores ejusdem saeculi idem faciunt.

Undenam hoc factum?

Quamvis apud S. Gregorium Magnum et S. Bedam interpretatio scripturistica modo valde lato intelligi soleat, interpretationes marianae textuum Veteris Testamenti raro vel numquam occurrunt. Postea interpretationes tales magis magisque inveniuntur. Ita, saeculo undecimo, S. Petrus Damiani in sermone quodam in Assumptione beatissimae Mariae Virginis jam integram seriem talium interpretationum profert.

Aliunde inde a S. Augustino in theologia Occidentis comparationes ac relationes Ecclesiam inter et Mariam occurrere incipiunt, magisque in dies elaborantur. Quae evolutio clare deprehenditur in sermonibus habitis occasione textuum Missae festi Assumptionis. Ita, saeculo duodecimo, Joannes Belet: « In hoc itaque Assumptionis festo psalmi atque alia, quae generatim dici consueverunt in Dedicatione ecclesiae, speciatim de Beata Maria cantantur ». Item Sicardus a Cremona: « Lectiones quoque de Cantico amoris et antiphonae et responsoria similiter assumuntur, eo quia (Maria) figuram tenet Ecclesiae ». Porro textus e Cantico Canticorum desumpti abundant in festis Marianis, potissimum in festo Assumptionis et Nativitatis Deiparae. Haec omnia nos eo ducunt ut admittendum videatur reflexionem in usum textuum Cantici in festis illis magnis marianis,

auctores et praedicatores christianos adduxisse ut integrum Canticum Canticorum Beatissimae Virginis applicarent.

Uti supra jam diximus, Rupertus Tuitiensis et Honorius Augustodunensis primi fuerunt in explicando integro Canticum de Maria Virgine. Ab ipsa Incarnatione Domini gressum faciebant ad Matrem Domini, juxta titulum generalem Commentarii Ruperti : « In Cantica Canticorum de incarnatione Domini commentaria ». Consideratio Christi illos auctores adduxit ad Matrem. Rupertus persuasus est se hac ratione novam quandam interpretationem proponere ; censet autem hanc suam interpretationem legitimam esse propter relationes intimas Mariam inter et Ecclesiam : ipsa quippe est membrum prorsus eximium Ecclesiae, ita ipse.

Honorius, ex sua parte, brevior est in suis explicationibus ; sed non minus explicite Canticum de Maria explicat : « Hic liber ideo legitur de festo sanctae Mariae, quia ipsa est et mater virgo, quia ab omni haeresi incorrupta, mater, quia parit semper spiritualis filios ex gratia. Et ideo omnia, quae de Ecclesia dicta sunt, possunt etiam de ipsa Virgine, sponsa et matre sponsi, intelligi ».

Ea quae, ratione dicta, proponebantur ab illis duobus auctoribus, non statim ab aliis acceptata fuerunt. S. BERNARDUS in Sermonibus suis in Cantica, in hoc libro potius expositionem theoreticam vitae mysticae videt. Item, apud plures alios, nihil aut practice nihil de interpretatione mariali Cantici legitur.

Altera medietate vero saeculi duodecimi, interpretatio mariana Cantici saepius invenitur. ALANUS INSULENSIS et PHILIPPUS DE HARVENGT interpretationem illam marianam clare proponunt in suis Commentariis in Canticum. Si alii de hac interpretatone in suis Commentariis in Canticum potius silent, aliud omnino deprehenditur in *Sermonibus* illius temporis. Ita Sermones prolati occasione festorum Assumptionis et Nativitatis manifesto probant, saeculo duodecimo finiente, interpretationem marianam Cantici uti admissum quid acceptari. Et, quod supra jam monuimus, etiam heic addi potest : in hac explicatione ideo sistunt, quia, dicente Alano Insulensi : « Virgo enim Maria similis est Ecclesiae in pluribus. Sicut enim Ecclesia Dei mater est Christi in membris per gratiam, sic Virgo mater Christi per humanam naturam. Et sicut Ecclesia est sine macula et ruga, ita et Virgo gloriosa. Et sicut Ecclesia in diversis personis habet universitatem donorum, sic Virgo in se universitatem charismatum ».

Apud alios vero — ita in Proemio in *Moralitates in Cantica*,

quae inter opera Philippi de Harvengt imprimi solent — non unice sistitur in interpretatione mariana Cantici. Interpretatione illa retenta, in Cantico etiam indicatas vident relationes inter Christum et Ecclesiam ; inter Christum et animas individuales.

In expositionibus illis, in specie Philippi de Harvengt, elucet auctores illos Mariam summa veneratione prosecutos esse, et occasione expositionum suarum plurima puncta doctrinalia theologiae Marinae exposuisse.

Quaeri praeterea posset qua ratione auctores illi cum textu sacro connectant interpretationem suam illam marianam. Philippus noster quaestionem hanc modo satis simplici solvit ; auctor Cantici (quem censet esse Salomon) in visione prophetica de futuro hanc significationem intendisset. Explicans nempe titulum Cantici, ita scribit : « In quo (Cantico) vidit et praevidit Salomon quandam virginem de stirpe regia nascituram, summo Regi, et eius Filio longe prae ceteris placituram, in qua Dei Filius templum sibi, tabernaculum, thalamum dedicaret, ut in eo... nuptias celebrarent... Virgo autem, quam vidit Salomon sic a Deo diligendam et ad hoc ministerium vel, si placet magis, mysterium specialiter eligendam, illa est genere nobilis... illa inquam, ut tandem eam nominem, Maria est, post Salomonem de eius posteris oriunda » (PL, 203, 188).

In expositionibus suis Philippus praeclara de privilegiis Deiparae exponit. Quamvis omnimodam puritatem Beatae Virginis saepe proponat et vindicet, de Conceptione Immaculata cogitasse nullo modo videtur ; neque apparet quomodo Immaculata Conceptio cohaerere possit cum eius doctrina de peccato originali (cfr. SYEN, *De leer over de erfzonde bij Philippe van Harveng : An. Praem.*, XVII, 1941, 35-63 ; Fr. PETIT, *La Spiritualité des Prémontrés aux XII^e et XIII^e siècles*, Paris 1947, p. 157). In favorem Assumptionis manifesto scribit (cfr. *An. Praem.*, XXIX, 1953, 290 s.) Philippus noster.

Potissimum vero in Commentariis saeculi duodecimi in Canticum plurima leguntur quae Mediationem gratiarum, seu locum eximium Beatae Virginis qua Sociae Salvatoris exhibent. Quod apud Philippum nostrum plurimis in locis legi potest ; mediatio Matris Christi non est tantum interventus quidam moralis specialis efficaciae sed ulterius fundatur in functione eximia quae ipsi in opere salvationis a Deo attributa fuit. Unum textum citasse sufficiat : « Ipsa est, quae invenitur Christo capiti sic subesse, ut non sit dubium reliquo eam corpori superesse ; et ipsa inter caput et corpus videtur

locum medium obtinere, nec ad Sponsum filii Sponsi possunt nisi Matre media pertinere... Ipsa prior, ipsa felicior accipit grande munus, per quod multi et diversi facti sunt velut unus... Ipsa denique Sponso et Filio, interventu medio, nos commendat; Sponsi mater et ancilla, nostra omnium imperatrix, dissimiles iungit, iunctos retinet, potens et efficax mediatrix... Collum bonum bona interventio, bona denique mediatrix, quae iungit, quos disiunxerat Eva, nostra separatrix » (PL, 203, 260).

Liceat nobis ulterius consistere in doctrina Philippi de Maria, Socia Salvatoris. Nam, revera Philippus, in expositione Cantici, plurimos aspectus Mediationis gratiarum ob oculos ponit. Mirum proinde non est R. P. H. COATHALEM, S. I., *Le Parallélisme entre la Sainte Vierge et l'Eglise dans la Tradition latine jusqu'à la fin du XII^e siècle* (Analecta Gregoriana, vol. LXXIV), Romae, 1954, saepius textus e Commentario Philippi in Canticum depromere in expositione sua.

Si Ecclesia ab ipso Salvatore dicitur grex cuius Ipse est pastor, Mariae concredita est custodia gregis illius. Scribit Philippus, commentando textum Cantici: « Egredere, et abi post vestigia gregum », ista: « Qui gregibus praesident, post eorum vestigia gradiuntur, eorum sollicitudinem habere prae oculis cognoscunt; ne quis erret, ne quis laesus resideat, oculos vigiles circumducunt, adgaudent saniori, infirmum quemque reportant in humeris vel reducunt. Est igitur insignae potestatis gregibus praesidere, et Virgini praesidenti Apostoli monentur assidere, ut eis Virgo imperet, ut mater omnium curam gerat, et illi matrem audiant, sicut Evangelium asseverat: « Mulier, inquit, ecce filius tuus. Cum enim Joannis cura matri Virgini delegatur, aliorum sollicitudo non ab ea, ut existimo, relegatur, sed quod certi causa mysterii uni specialibus assignatur, omnibus generaliter esse necessarium designatur... greges sunt Apostoli et qui eis fide et operibus aggregantur... Qui, etsi loco, tempore, virtutum merito sunt diversi, tamen dum ad fidem catholicam et doctrinam evangelicam veniunt universi, multi greges in unum, in unam Ecclesiam plurimae rediguntur » (PL, 203, 253). Sollicitudo haec materna pro omnibus et singulis Ecclesiae membris in eodem contextu ab abbate Bonae Spei fuse declaratur.

Metaphora « colli corporis » adhibetur et evolvitur ut Mediatio Deiparae explicetur in textu paulo superius iam citato: « Ipsa est quae invenitur Christo sib subesse, ut non sit dubium reliquo eam

Corpori subesse... Praesente ipsa nobis sponsa, bonum est adhaerere, absente vero non possunt membra Christi cohaerere; nobis longe infra positus per ipsam, Dei Filius condescendit ad quem nisi per ipsam nostra infirmitas non ascendit » (PL, 203, 260).

Maternitas spiritualis Mariae non exhausta est quando concepit et peperit Christum; in sanctificatione hominum Ipsa sub et cum Christo intervenit. « Vult... Virgo ut in suo utero Dei et hominis concordia reparetur, concordia inconvulso foedere roboretur, quatenus qui Deus et Filius non erat nisi Dei Patris, novo et miro genere Sponsus et filius fiat matris. Sponsus fiat, virginem sibi iungens quodam foedere coniugali, in eius pausant thalamo pace facta osculo nuptiali; in ea, vel per eam, generans spiritales filios efficacia spiritali; ut tam ille quam illa gaudeat fructu et sobole filiali » (PL, 203, 192). Et, rursus in alio loco: « Ab illa..., et per illam eiusdem (unguenti salutis) fragrantiae sensus, vel tenuis ad nos venit » (PL, 203, 204).

Deus quidem prius se notum fecit Mariae: « Cum diu desiderata venit temporis plenitudo, qua divini consilii nobis innotuit altitudo, missus a Patre Filius, in Virgine et ex Virgine voluit humanari, et sic nomen quod Deus est, tam in gentibus quam Judaeis plenius divulgari » (PL, 203, 211). « Ipsa quippe Virgo prius et perfectius novit mysteria Scripturarum, quae de ipsa et dicta et praedicta sunt obscuro vaticinio prophetarum, quorum aenigmatibus subtilius et excellentius instituta, ad nos ea protulit, et animantibus obtulit quasi scuta » (PL, 203, 374).

Dona et privilegia talia ipsi concessa fuerunt, ut illa deinde in alios redundarent. « Non sine causa, cum Christus ad Patrem, unde venerat, est regressus, relictisque apostolis necdum in linguis igneis Spiritus est concessus; dignum ducunt Apostoli, ut cum Maria matre Iesu in oratione unanimiter perseverent, ut quod ab illa hauserint, et constantius, quo et certius, asseverent » (PL, 203, 390). « Nulli quippe eandem virginem familiaris sunt secuti, vel ea mediante sponsi notitiam plenius assecuti, quam apostoli qui ante et post passionem Christi cum ea diutius conversati, ab ipsa frequentius audierunt Verbi mysterium incarnati » (PL, 203, 213 s.).

Ad Ipsam ergo confugiant fideles. Per Ipsam sancti aliquid valent apud Deum. « Etsi enim animae sanctorum variis virtutibus insignitae, et instar epularum sapore gratiarum multimode sunt conditae: longe tamen a convivio Salomonis iacent tamquam penitus destitutae, si non Virginis interventu velut mensa offertoria sint

adiutae. Ideo ipsa Sponsa dicitur recte nostra mediatrix, ipsa mater non incongrue dicitur imperatrix, quia sponsum rogans, imperans filio, favorem eius in gratiam, in amorem suavissimum iram vertit, amaros in dulcorem precis suae farinula nos convertit » (PL, 203, 360).

E brevi isto conspectu sufficienter, ni fallimur, patet splendidam simul ac profundam doctrinam mariologicam contineri in scriptis Philippi de Harvengt, potissimum in Commentario suo in Canticum Canticorum.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

Bonlieu.

Une grande vocation née d'une belle fête.

Toute proche d'Avignon, la cité des Papes, dans la « Montagnette », un site accidenté boisé de pins, se trouve l'Abbaye norbertine de Frigolet, fondée par le R^{me} Père Edmond Boulbon en 1858. Ce vénéré Père avait le goût et le don d'organiser des solennités liturgiques d'une incomparable splendeur. C'était, pour lui, une occasion de faire connaître l'Ordre de Prémontré qu'il venait de restaurer dans l'antique monastère de Frigolet. — Aussi, lorsque furent canonisés à Rome, le 29 juin 1867, les 19 Martyrs de Gorcum, parmi lesquels deux Prémontrés : Adrien van Hilvarenbeek et Jacques Lacops ¹⁾, le R^{me} P. Edmond fit célébrer l'année suivante un grand triduum en leur honneur, dans son Abbaye. Ce devait être l'occasion providentielle d'où naîtrait une autre vocation et un autre foyer de vie norbertine.

De tous côtés des programmes, concernant le triduum en question, furent lancés. Le triduum devait se terminer par une Grand' Messe pontificale où l'on exécuterait la Messe de Mozart. Cette Messe serait suivie d'une imposante procession. — Un de ces programmes tomba entre les mains de M^{lle} Marie Odier de Benoît de la Paillette qui habitait, avec ses nobles et pieux parents, une paisible maison de campagne à Sérignan, dans les environs d'Orange. Cette jeune fille avait alors 27 ans. Sensible à la belle musique, elle désirait ardemment entendre la Messe de Mozart. Elle alla donc à

¹⁾ Ces Martyrs de la Réforme protestante en Hollande avaient donné leur vie pour le Christ, en 1572.